



**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

I. Popvli seruitus in Ægypto: spes proximæ libertatis ex legatione Mosis ad Pharaonem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](#)



LIBER PRIMVS.
SERVITVS POPVLI
ET MISSIO MOSIS
LIBERATORIS.

DRIDIIS domitam Memphis, Re-
gisque superbi
Duritiem obtritam plagis, & vindice Virga
Isacidum castra è Phariis asserta caminis
Aggredior: mihi Sina virens Parnasside sylua
Ecce vocat Phœbum, & decima Tritonide Musas
Ad currum, Thensamque Dei, quem millia vectant
Alipedum complexa rotas, axemque sonantem
Fulminibus: fumant montes, tactique procella
Tabescunt scopuli: horrisono clangore tubarum
Semineces cecidere Tribus: dureque trementes
Custodem Legis malefidum hausere Timorem.

Argumē-
tum Op-
ris.

Hac indicta mihi diuinitus est via; sero,
Postquam sanguis hebes senio, & florentior ætas
Tristibus exhausta est studiis, desuetaque Pindo
Ingenium haud molli iam respuit orbita clino.
Numinis in stimulos scelus est illidere calces.
Quare age, pande viam nebulæ in penetralia Vates
Corniger, & posito radiata frontis amictu
Fatidicum prætende iubar: mysteria mecum
Ingredere, accensis ut quondam ostende columnis,

A 3 Quæ

6 MOYSES VIATOR.

Quæ pestes iter obsideant Iordanis ad undas;
Quæve Pharanæ monstra occurrentia tractu
Degeneres frangant animos ambage viarum,
Pactisque auertant externata agmina campis.
Carminis hic mihi limes erit, dum Mosis in umbra
Agnoscit peregrina suas Ecclesia sortes:
Vique viam rumpens, sedes ubi Fata beatas
Promittunt, iter Empyreas affectat in arces.
Hic demum lacte undantes & nectare campi,

Ad Heb. Et melius fundata Sion in vertice mundi.

11.10. Heu resides! ah! ne qua retrò fastidia vertant!

Plena quater denis illuc via tenditur annis.

Nec numerate annos, quos vita breuissima carpit;
Hoc spatum, hæc meta est, ea claudet linea cursus:
Strenuus in medio labor, & constantia sudant.

2. Est sinus Oceani in gremio, & tellure sub alta,

Sinus A- Hortorum nemora ingenti cuneata recessu,

braha. Perpetuo rupes dorso insuperabilis ambit,

Effusumque soli spatum longè ardua cingens

Suspendit templa Elysij placidissima cœli.

Purgato- Exerior vallo Phlegeton, & februa stagna

rium. Allambunt scopulos flammis, quas sulfure viuo,

& pice farta palus scatebris flagrantibus efflat.

At super in speculis simulacra immania, tristes

Excubiae, flammarum & ferrum illætabile versant,

Queis fontes arcent animas, Erebeaque monstra,

Explorantque pios iusto purgamine Manes.

Sanctorum hic felix statio, atque Athlantides olim

Insula, Edeneos Nereus postquam obruit hortos,

Felicésque hausit sterili salsugine glebas.

Hos augusta Patrum series, hos casta nepotum

Posteritas sortita locos, quibus omne per ignem

Excoxit vitium, & viuis fornacibus ardens

Obryzo

LIBER I.

7

Obryzo similes spectauit ab æthere virtus ;
 Expoliuitque manu , & Diuum transmisit habendos
 Thesauris. Fidei princeps & sanguinis author
 Legitimi , refouetque sinu , mulcetque beatant
 Progeniem Abramus genitor. Dura ille suorum
 Seruitia , & Phario sortem miseratus iniquam
 Sub cophino , dudum votis templa alta fatigat
 Ætheris , & trans Elysium suspiria mittit
 Immites fractura polos. Placidissime iusti
 Arbiter , atque adeò scelerum lentissime vindic
 Aspicio hæc ? neque te vlla , Pater , miseratio tangit
 Gentis ad oppressæ questus ? quanquam ebria nostro
 Sanguine , clamorem tellus ad sidera tollit.
 At te olim scelerum clamor , quem incesta vorago
 Asphaltis Superum castas mittebat ad aures ,
 Elicuit cœlo , ac propius spectare coëgit
 Cunctantem in pœnas , Venerisque exempla nefandæ ;
 Ne temerè in sonores ferrum distingeret ira ,
 Perplueretque sacris obscoenas ignibus urbes :
 Nunc quasi sint oblita tibi tua viscera , surdas
 Aueristi aures misericordis ; neque te vlla tuorum
 Supplicia Isacidum flectunt , quos impia Memphis
 Coctilibus subigit pensis , saudaque catastæ
 Attritos versare lutum , limosaque circum
 Sudantes scuticis opera insultantibus urget ,
 Et paleas præbere focis , & soluere pensa.
 Illi infelices animas cum puluere miscent
 Exhaustas opere indigno , vitamque perosi
 Ludibria , atque ignominiam cum luce relinquunt.
 O pietas ! ô sancta fides ! ea fædera pacis ?
 Ha populi latè hæredis , Pater optime , sortes ?
 Huc Patrum cecidere preces ? hic vincitus ad aram
 Isaac , & genitor natura horrente Sacerdos

3
Abrahæ
preces.

Sodoma.
Gen. 18:
20.

Gen. 22:
13.
Isaac , ty-
pus Chri-
sti.

A 4 Intentus

8 MOYES VIATOR.

Intentus gnati ingulo , nisi vepribus hærens
Cœpta instaurasset sacra succidaneus agnus ?
Quod nisi te cineres nostri , Isacieq; fauilla ,
Tot nisi sacra mouent , moueat te mysticus ille
Eximio candore Aries , quem Moria gestat
Vittatum spinis , aræq; ad cornua fixum ;
Omnibus una sacris quæ victima cœsa litandis ,
Aspice adorantem in flammis ; sic deinde benignus
Respice nos , quibus ille suo hoc patefecit Asylum
Sanguine , purpureoque dedit de vellere vestes .
Non petimus Phario exitium crudele tyranno ,
Quod meruit ; nec quas tellus Ægyptia diras
Occinimus : satis est miseris subducere longo
Colla attrita iugo : quatuor post sacula tandem
Libertas sperata satis : quid deinde moraris
Affirmare fidem , fætisque absoluere sortes ?
Secta mihi in iussas memini cur hostia partes ,
Et positum puro frustatim in cespite sacrum
Carniuoras traheret volucres , quas fronde virenti
Perdius arcebam , donec densissimus umbris
Ingrueret cum nocte sopor ; sacer horror ab alto
Insuans imis vibrauerat ossa medullis ,
Cum sinuata facem discurreret horrida lampas ,
Frustaque dispositi peruaderet omnia sacri ,
Depascens volucrumque artus , segmentaque carpens
Quadrupedum . Agnosco clibanū flammæque vorante ,
Harpyiarum vngues video : mea viscera saevis
Discerpit Pharao , & flammam fornacibus addit
Ramesses , populatque meos tua sacra nepotes .
Interea nostris Orci placatur abundè
Cladibus inuidia , & successu lata superbit
Impietas : trahit incertos contagé ruina .
Depositis tandem enigila succurrere rebus ,

O Pater,

Heb. 10.
14.

Visum
Abrahæ.
Gen. 15.
9.

LIBER I.

9

O Pater, & sancta prohibe à radice bipennim.

Talibus orantem Manes uno ore sequuti
Circunstant aram, Elysio quæ maxima luco,
Æternum seruat foculis halantibus ignem.
Nullus eam pecudum sanguis, libamina nulla
Inficiunt, sacri phialis miscentur odores,
Quos Charites, Spesque alma metunt cœlestibus arcis,
Galbanaque, stactemque onychemq; & limpida thura
Porrificunt manibus castis & pectore puro.
His animæ post fata litant, blandoque precatu
Conciliant Superos, & deo munere mulcent.

4
Patrum
vota.

Ante aram pueri inimicis, araque sub ipsa
Confertis coiere choris, quos effera Regis
Ambitio vita extores a limine primo
Maternis, miserum! gremiis, & ab ubere raptos
Nilicus; ante ora patrum, proiecit in undas,
Fluctibus expositos, monstrisque alimenta marinis.
Quanquam illos melior thalamis fortuna recepit:
Nam, miserante Deo, vitreis Nereides antris
Collegere artus teneros, ambraque liquenti
Oblita myrratis clauerunt corpora conchis,
Et posuere inter virgulta corallina cipos:
Ipse viam late undisono sub gurgite Nilus
Vorticibus sectis aperit, Manesque pusillos
Sutilibus biblis, lanugineaque papyro
Traicit Elysij in nemoris felicia Tempe:
Qua medio exundat Paradisi è fonte voluptas,
Arcane Geion ubi celat originis urnam:
Illi aram tetigere simul, pariterque precantur.

5
Infantum
animæ.

Infantum
gloriosa
mors.

Quanquam illos melior thalamis fortuna recepit:

Nam, miserante Deo, vitreis Nereides antris

Collegere artus teneros, ambraque liquenti

Oblita myrratis clauerunt corpora conchis,

Et posuere inter virgulta corallina cipos:

Ipse viam late undisono sub gurgite Nilus

Vorticibus sectis aperit, Manesque pusillos

Sutilibus biblis, lanugineaque papyro

Traicit Elysij in nemoris felicia Tempe:

Qua medio exundat Paradisi è fonte voluptas,

Arcane Geion ubi celat originis urnam:

Illi aram tetigere simul, pariterque precantur.

Cum tibi Seraphica, Genitor, post bella phalanges, 6
Eorum
oratio.

Ante thronum positis cana à ceruice coronis,

Ter sanctum Paana canant, Python repulso;

Ille tamen cumulus laudum est, ea summa tuarum, Psal. 8.3.

A S Quas

10 MOYES VIATOR.

Quas teneri infantes linguis laetentibus edunt.

Intrepido si quando inter cunabula vultu.

Isai. 11. 8. *Serpentum ludunt iugulis, Stygiique cerasæ
Exuuias tibi suspendunt; qua laude superbus
Rumpitur, inque cauis mussat Basiliscus Auernis.
Si te insons villa innocuis vagitibus atas*

Draco
Pharao
Apoc.
12. 4. *Admonet, aut dulcem penitus pietatis amorem
Extimulat, præbe huc aures; causamque tuorum
Ultor age. Ecce in nos odium Lamia impia vertit,
Quo tua prosequitur sceptra, imperiumque virile.
Nos eius rabiem in cunis, unguésque cruentos*

Exod. 23.
19. *Sensimus ante diem, & prima vertigine fusi
Depontane animæ; nos coetæ in lacte parentum
Victimæ, inhumanas Saturni absoluimus aras,
Niliacisque fuit Pharao crudelior hydri.
In Testes, Pater alme, tuos. Quorsum illa moratur
Formidata Pharo soboles, & masculus infans?
Usque adeone parum tibi sunt pretiosa tuorum
Funera? nec nostræ meruere piacula cædes?*

6
Obstetri-
cum ani-
mæ. *Sic orant, cumulantque aras: ferit aurea clamor
Sidera: defluxere ignes; & conscius aether
Admisit cum thure precem: latantur amicæ
Obstetricum umbra, quarum pia dextra fauentem
Lucinam induxit thalamis, sanctaque pepercit
Fraude puerperiis, verso ne pollice mortem
Haurirent cum luce mares: reuerentia summi
Numinis, & pietas illis in sorte piorum
Æternas statuere domos, auctasque virili
Progenie nunquam fidei mercede caduca
Inseruere Dei populo Sephoramque, soamque,
Et quarum simili nomen memorabile facto.*

7
Deus vo-
ta audit. *At Pater aetherei seruans sacraria templi,
Unde globum Lune, & mundi adspectabilis orbis
Obtendit*

Obtendit solio : hic velo interiore receptos
 Cœlicolas beat ; illi auram spirantis ab ore,
 Immortalem auram , lucisque in imagine fusam
 Ore bibunt audi , fixisque obtutibus herent ,
 Vultu , animisque Deo similes : ceu forte polito
 Argento incubuit facies nitidissima Phœbi ,
 Aduersis splendent speculis , totidemque recurrent
 Primæuam in lucem radiati ab imagine Soles ,
 Oppositis quot Sol princeps tulit obvia lammis
 Spicula : disparibus variant Phœbi ora metallis ;
 Omnes Sole tamen plena splendoribus ardent :
 Hand aliter satiati omnes , & Numine eodem
 Cœlicolæ pleni lucis discrimina seruant
 Ter ternis nexi ordinibus : cura omnibus una
 Obseruare alacres , Regisque capessere iussa .
 In mediis Pater omnipotens , Patrique coœna
 Progenies , atque ambobus spirabilis Ardor
 Mutuus , una Dei facies , Trina Vna Potestas ,
 Unica Maiestas , vnum & sociabile Numen ;
 Consors ipsa sibi Princeps natura , comesque ,
 Omnia Tres , Trésque unus Apex , & in omnibus Vnū ,
 Uni inhiant omnes , & sufficit omnibus IDEM ,
 Quos sic affatur Diuīnq; hominūmque Creator .

Angeli
beati.

Ætherei ciues , quorum sarcire ruinas ,
 Et desolati complere sedilia cœli
 Mолимur delectu hominum , qui puluere ab imo
 Prouecti , vobiscum olim super aetheris axes
 Considerant : sed enim magno poscenda labore
 Præmia virtuti ; de vita & sanguine nostro
 Ante fores certamen erit : sic denique victrix
 Effracti curru muros pulsabit Olympi .
 Hebraeos ea nunc exercet causa minores :
 Nec me illæ flexere preces , non gratia Patrum ,

8

Consiliū
Dei de li-
berandis
Hebreis.Tentāda
virtus.

Non

12 MOYES VIATOR.

*Non miseræ squalor sobolis, ne dura subirent
Exilia, & saua coquerent in compede testas.*

*Sic amat attritu melius splendescere virtus,
Quæ depressa malis semper sublimior exit.*

Sic placitum cœlis electam condere gentem:

*1. Cor. 10.
13.* *Sed quadam est tentanda tenus, neu viæta fatiscat,
Neu gemitus gemat indecores: componimus hostem,
Metamur campum, paria exploramus, & arma;
Atque sub extreemam faciles gaudemus arenam
Mittere cum palma emeritos, pulchroque madentes
Sanguine, complexu & stabili dignamur Olympo:
Securi hinc spectant aliorum in puluere pugnas.*

*Haec tenus his mihi consiliis Abramia proles
Prolusit Phario in campo: nunc denique factum
Virtuti, nobisque satis; lacrymâisque, precésque,
Elysiaque aræ accipimus gratanter honores.*

*Quare, agite, atque nouis animos accingite fortis
Consiliis, ignota ferox miracula Memphis
Sentiat, exemplo saclis memoranda futuris:
Tantorum vos ipse operum pro parte ministros
Instituo, seu pœna vocet, seu præmia dignos.*

*9
Angeli
iustitie
ministri.* *Sic ait, & tenerum inspirat miserantis amorem
In populi afflicti casus: dicto ocyus ardent,
Comploduntque alacres pinnis, ignique coruscant,
Exultimque ineunt cursus, celeresque recursus;
Quas inbeat cunque ire plagas, quæ fulmina mandet,
Quas difflare arces, quas turbine verrere terras.*

Sicut arundinea in sylua, quassantibus Austris,

*Sap. 3.7. *Ad calamos hæsere faces, stipulamque sonantem:**

Ilicet undantes cœlum occuluere fauillæ,

Et stipata globis nitida agmina scintillarum

Implicuere acies: nam prona ferentibus auris

Materies flammam stipula, ventosque laceffit;

Excurrunt,

Excurrunt, redeunt, sibi se fugientibus instant,
 Quocunque incubuit, lenia impulit agmina turbo:
 Haud secus aethereas incendit spiritus alas
 Bellipotens, nutuque rapit, populumque, ducésque
 Impulsis claro igne rotis, illo auspice signo
 Omnibus ultrices dextra mucronibus horrent,
 Arma sonant, diris collisa fragoribus arma,
 Queis trepidæ pallent gentes, cumulataque plenis
 Impia facta cadis, tardasque vrgentia pœnas.
 Væ populis, quos illa petunt dilata tot annos
 Supplicia! heu scelerum messes, quibus illa paratur
 Falcatis tritura rotis! heu præla, lacusque
 Irato calcanda Deo! saniem illa draconum
 Virosam largè fellis vindemia reddet,
 Quam proprio ad faciem bibat ebria sanguine
 Memphis.

Pl. 149.6.

Accensas sed mulcet adhuc Pater optimus iras,
 Consiliique auidam Nemesim regit, atque ita fatur.

Non brutum, ô iuuenes, neque inexorable fulmen
 Molimur dextra; neque nobis præpete penna
 Præcipitans vindicta placet; sed plumbea clando,
 Quæ sectata reos figit vestigia gressu.

10
Dei iustitia lenta.

Ante ignem, ferrumque pio tentanda medenti
 Omnia sunt, quanuis scelera indulgentia sapè
 Augeat, & paucos sanet patientia fontes.

Ante igitur quam vestrâ operâ ferale secures
 Ægypto iubar incutiant, cum gente superba
 Disceptare placet, pacemque exposcere signis,
 Et placidum ante tubas oleæ prætendere ramum.

Cernite, ut herbosis sub Horebi vertice cliuis
 Pastor agens socii pecudes inglorius erret.

Mosis
Philosophia, &
laus.

Ille inter carecta olim, quem regia coniux
 Sustulit expositum, regnique in sede recepit

Optatum

14 MOYES VIATOR.

Optatum hæredem, patria sponte exulat aula,
Contemptamque humili cidarim compensat bibisco.
Quanquam alto perone niues, atque aspera frangit
Uepreta, haud humiles curas sub pectore versat;
Sed magnis vitam imperiis, animumque capacem
Fingitur, & durat crudas ad grandia vires
Sedulus officia: ad Regem mihi Taneos ibit
Orator, virgaque potens, & præstite cœlo
Fultus, aget iustas victa è Mareotide pradas.

II Angelus ad Mosè. Iamque citant promissa fidem. Nec plura: coruscum
Diuinis inuenem radiis è millibus unum
Excitat, augustumque, & nulli effabile Nomen,
Personamque Dei imponens dat propria in ore
Verba Dei, mentemque Dei sub pectore condit,
Consiliūmque Dei magnum nutu expedit uno,
Qui Mosem doceat dictis, & pignore firmet
Iussus Horebeo celerem se sistere dorso.
Procumbunt cunei aligerum, & venerantur euntem,
Vibrantemque alto radiatum vertice Nomen.

Is fuit s. Michaël. O Superi, quisnam ille fuit? Michaélne maniplis
Signifer æthereis, cui longè adamantinus umbo
Fulgurat, Hebraásque tegit sub fulgere turmas?
Nam semel exorsis Stygio cum Principe bellis,
Credibile est meruisse Ducem pertexere pugnas,
Funditus anguimanos donec profliget Ophitas,
Porrigat & tota Regem Pythona sarissa.

Aut Michaël fuit, aut alius: nam credere fas est,
Non prius humanos quam se misceret in artus

I 2 Deus per Angelos tantum loquebatur. Progenies manifesta Patris, hominemque, Deumque
Iungeret æterni connexum fædere nodi,
Instabiles Patrem, aut Natum subiisse figuræ,
Affatusque hominum fictis tentasse loquelis.
Nec se Thariades tanto dignetur honore,

Nec

Nec tantum Moses , aut Patrum saecula fauorem
 Promeruisse velint : longè inferiore palestra
 Torpuit Isacidæ coxendix marcida claudi.
 Te , Virgo ; te dia manent Ecclesia Sponsi
 Oscula , non dubiis quæsita , & reddit a labris.
 Se vobis magna illa Dei contracta laborat
 Cogere in angustos , sed veri sanguinis , artus
 Maiestas , tenerumque parat vagire sorori ,
 Veraque germano circundare brachia collo ,
 Fragrantesque Dei vultus affigere plenis
 Überibus ; neque te ille tuus iam frater in umbra
 Laetat imaginibus falsis , aut spe implet inani :
 Sed petit alternos coram , redditque profatus.
 O felix ! ô sera licet , dilataque tanto .
 Connubio gens Christiadum ! cui pronuba Patrum
 Saecula adorarunt , vepreto interprete , Sponsum ,
 Inque faces spina alba polo inflammante reluxit ,
 Et Sinea sacro sonuerunt carmine saxa ,
 Saxa repercuesso Cœli , Terraq; Hymeneo.
 O scopuli ! ô vepres ! dumisque horrentia tesqua ,
 Quæ præsens sacrat igne Deus , flammisque serenat
 Irrigua ! Fluit ecce polo liquidissima lampas
 Aligero signante viam , spinasque virentes
 Lumine comprendit , circumque innoxia lambit
 Hirsutam cacto syluam , rhamnoque rigentem .
 Non folia , aut spina crepitant undante per auras
 Volcano , scatet illæso de fomite flamma ,
 Materiamque alit ipsa suam vernante fauilla .
 Horruit aduerso tumuli de vertice Moses .
 At trepidæ glomerantur oves , nec gramina libant ,
 Attonitique canes pressis latratibus biscunt .
 Sed simul ut blandiri oculis lux aurea cœpit ,
 Et mulcere animum radiis , miratur & audet

Gen. 32.
25.

13
Deus in
rubo ar-
dente ty-
pus in-
carnati
Verbi.

14
Moylis
timor &
fiducia.

Ferre

16 MOYES VIATOR.

Ferre gradum contrà , propiusque inquirere causas.
Ter digitis aciem abstergit , ne lumina fallant ,
Illudatve oculis humor , ter se excutit ipsum,
An vigilet , nec vana ferant insomnia cura ?
Exploratque hebetes sensus : nam plurima quanuis
Cum Superis , cœloque illi commercia virtus
Conciliet ; timet usque tamen ludibria spectris ;
Diffiditque sibi pauitans , sequi ipse trementem
Hortatur . Quin vado , inquit , penitusque latentes
Inspicio flammæ causas ? quianam horridus ille
Ardeat igne rubus , quo non cinerascit ab igne ?
Nec sit flamma vorax , sitque absque vredine splendor?

15
Vocatur
Moyses à
Dio.
Sic ait , admirans ; gressumque incendia versus
Dirigit , Ætnos non ut crateras , & ignem
Empedocles scrutatum ibat , cui cuncta sciendi
Æratas dederat soleas insana cupido ,
Igneus aggesto sepeliuit pumice vortex ;
Sed supplex , hominisque memor . Tum nomine , Moses ,
Ingeminat medio igne Deus . Simul ipse vocanti ,
Adsum , inquit , properaque , nisi illum absistere
Numen

Admoneat , castumque sacris ita inauguret ausis .
Exue vincla pedum , curisque exsolue caducis
Mentem animi : locus hic sacer est , quem pelle
profana

Contemeras : Deus hoc etiam vestigia figit ,
Insistitque solo , & caput inter sidera condit .
Ille ego sum , Deus ille Patrum , quem casta tuorum
Religio venerata colit : mea sacra ferebant
Abramus , sterilique toro promissa propago
Isacus , & minor Isacides : hinc splendida duco
Nomina : vel tanti est pieas ; his glorior aris .

Obstupuit dictis pastor , cui mista pudori

Religio

*Relligio, caput atque oculos obnubit amictu,
Auerisque solo figens, trepida impedit ora,
Nudatisque trahit raptim talaria plantis.*

*Prosequitur Deus, & verbis sustentat amicis
Lapsantem, media tenebris in luce repertis.*

*Vidi ego crudeles pœnas, sœnūmque laborem, 16
Quæis satagit Pharaon immeritam conuillere gentem: Mosis le-
Iamque inopum cœlo fecit conuitia clamor gatio.*

*Non toleranda mihi: nunc ergo ergastula certum est
Soluere, & abruptis miseris emittere vincis
Ambrosia saturos in agros, & melle natantes.*

*Macte animis; tuus hic labor est; audie ire, meisque
Alloquere imperiis Regem: te gloria facti*

*Certa manet: franges animos, ruptisque catenis
Excutes immane iugum, quo dira tyrannis*

*Opprimit indignos, atque hoc mihi denique victor
Vertice de spoliis statues hostilibus aram,*

Festa coronatis agitans conuinia mensis

*Tympana Libertas quatiet, voluētque choreas,
Tecum adero, tēque ipse manu per singula ducam,*

Et tecum aeternos belli partibor honores,

Inscriptumque leget Domino, Mosique trophyum

Posteritas; grataque volent meminisse minores.

Hæc pauidò contrà Pastor sic reddidit ore:

*Nam quis ego? aut quem me censes? mihi ne 17.
inscius ipse*

Exciderim? Regémne adeam? Satrapásne superbos

Alloquar? unde domo? qua gête? quis arte? quis auspex?

Opilio ad Pharios? ad Regem agrestis? & expers

Eloquij, ad Myſtas? summo & de cardine regni?

Scilicet Isacidæ credant autore bubulco?

Unguibus & prædam Pharaon laxarit auaris;

Conuelliique smat regnum fugiente colono?

*Moyfis
exusatio.*

B

Quid?

18 MOYSES VIATOR.

Quid? si fortè rogant, ecquis laudabitur autor?

Quod nomen dicam esse tibi? quæ tessera tantis

Adstruat vlla fidem iussis, mandataque faxit?

Hic Deus abstergens sensim sermone timorem:

ESSE MEVM EST, EGO SVM QVI SVM:

nam somnia & umbræ

Cætera; quippe meo ex uno pendentia nutu,

Quo tantum à nihilo distant, possuntque reuerti

In nihilum: sed magna mei vis Nominis omnia

Ambit, & immensam summam se colligit Vno;

Tam nullius egens extra, quam se intus abundans,

Vnde foras tot opum exundat scaturigo perennis.

Isacidas sic ergo meis affabere verbis.

Illiūs huc missu venio, QVI semper, & à se

Unicus EST; hoc ille sibi haud effabile Nomen

Vindicat, & naturæ omni inviolabile sumit.

Abrahami, Isaaci que Deus celeberrimus aris,

Gen. 28. Iacobique sacris titulis, quos inclyta Bethel

Prætulit, antiquæ mutato nomine Luzæ.

Ille Patrum, generisque pijs meior impia tandem

Hospitia Ægypti adspexit, pollutaque iura,

Et vulgata oculis sclera indignantibus hausit.

Ergo triumphata duce me Mareotide vobis

Et spolia, & certa cum libertate salutem

Spondet, & optatis campis iubet ire colonos,

Nectare quos cœli saturant, riuisque colostri.

Quid trepidas? nec adhuc animo fiducia surgit?

Efficient mea verba fidem: desiste moueri.

Quid video? aut quenam illa tua gestamina dextræ?

Pastorale pedum Moses nam fortè gerebat,

Arma viro consueta manu, furi que, ferisque

Perniciem, sed præsidium pecori que, sibique.

Nec pauor attonito, subiti neque fulguris horror

Descendente

Virga
Mosis.

Descendente Deo forti diuellere dextrâ
 Fatalē potuit virgam : quam lumine lustrans ,
 Prætentānsque manu fida , & frans ne qua superfit
 Ritè recognoscens : Gerit , inquit , dextera virgam ,
 Quam profugus sceptro falsæ genitricis eburno
 Antetuli , miseris agerem ne fratribus exsors
 Immunem in luxu vitam : neu conscia sancti
 Sanguinis allineret mihi dissimulatio crimen
 Perfidiæ , vel pollueret me strage meorum .
 Heu infelices ! & adhuc sub verbere durant ?
 Tamque diu harpyias fibris pauere renatis !
 Heu ! miserere precor populi non digna ferentis .

Cui Deus . Hec nostris erit , inquit , tessera iussis ;
 Virga tibi proiecta solo : virgam abiice dextra .

Paruerat : subito in longum mutata colubrum
 Tortilibus glomerat squamosa volumina spiris .
 Stant oculi flamma ; sanie , spumaque veneni
 Colla tument crispata iubis ; surrecta coronat
 Crista caput ; lucent maculis interlita terga
 Ceruleis , linguisque micans , stridensque trisulcis
 Voluitur , & campum cauda indignante flagellat
 Lubricus , attritâsque iram consumit in herbas .
 Dirigit visu pastor , trepidusque refugit
 Instantem terrore feram ; sub cortice ligni
 Serpentem latuisse ratus , iactuque repente
 Exuuias posuisse alacrem , nitidumque iuuentâ
 Emicuisse foras ; adeò accelerata fefellit
 Diuini vis verbi oculos , punctoque peregit
 Horrendum , at veri colubri memorabile monstrum .
 Castigat Deus ore fugam , caudâque prehensum
 Tollere humo iubet audenter : caudâ ille prehendit
 Torquentem , & nodis se se in sua terga plicantem ;
 Attactu subito in formam directa priorem

Heb. 11.
24.

19
Virga in
serpem.

Serpens
rufus in
virgam.

B 2 Virga

20 MOYES VIATOR.

Virga redit, verūmque oculis hostile patescit,

²⁰ Quod puncto fuit antè ferox, & lubricus anguis:

Omnipo-
tentia in
miracu-
lis.

Sed fugiunt diuina hebetes molimina sensus,

Seu nutu imperij puncto, seu legibus orbis

Conuertant elementa vices, & tempore certo

Induat indictas rerum natura figuras,

Omnipotentis agit verbi mira omnia virtus;

<sup>Sap. 19.
17.</sup> Quo mundum veluti citharam, cum carmine pulsat,

Harmonia est quacunque fides miracula reddunt:

Legibus & semper naturam temperat aquis

Mundi opifex, sequiturque volens quocunque
vocantem:

Natura est quodcunque Deus verbo auspice iussit;

At nos fixam operum seriem, quæ lege perennat,

Sensibus assueti minima de parte vocamus.

Sic recipit Moses baculum, incubitque recepto:

<sup>Manus
Mosis le-
prosa.</sup> Deinde manum puram, & puras ad pectora iussus
Condere sub tunicas, retulit prurigine fœda

Albentem horredum! papulaque elephantide putrem.

Rursus & in gremio scabiosam occultat eodem;

Rursus & è gremio puram producit eandem.

Tam propè, tam facili necis, & confinia vita

Diuini imperij nutu admiratur in uno,

Defixusque stupet monstris: rursusque stupentem

Instigat Deus hortatu. Perge, inquit, & istis

Aggredere Hebraos: geminis incredula cedent

Pectora portentis, subigentque hæc monstra fateri

Exposuisse tibi sua claro oracula vultu

<sup>Aqua in
languinē.</sup> Abrami Isaacique Deum: sin tertia poscent

Argumenta meæ fidei, cape fluminis undam,

& defunde super viridantes gramine ripas,

Inspectante omni populo; aut ubi glarea tristi

Aret agro: quidquid largo deplueris haustu

Sanguis

Sanguis erit , largumque tibi repetita cruorem
Urna dabit , signum incesto ferale Canopo.

Sed cunctatur adhuc Vates humilemque timorem
Quæsitis operit causis. Mibi diuitis , inquit ,
Eloquij ubertas , & fandi copia defit ,
Destituitque animi tenuem præsentia linguam :
Quin etiam tua me alloquia , an tua fulmina ? grandi
Attonuere sono , Battóque auxere stuporem ;
Linguæ adeò officium obstructis mihi faucibus haret.
Omnia te obtestor tua per sacra , pérque futuris
Mittendum sacerdos Regem populosque fauentes ,
Imperiis , quos ille tuis virtutibus ingens
Adiiciet , sine me corylos intérque myricas
Exigere hic , si quid supereft , ignobilis æui ,
Sectantemque greges , & pascua nota terentem :
Illum autem æterno , quem tu perducis olim
Participem soliique tui , paruérque verendi
Nominis hæredem , accelera demittere cælo ,
Cui spolia Ægyptus ; cui debet opima Damascus.

21
Tergiuer-
fatur Mo-
ses.

Christum
mitti pe-
tit.

Isai. 19.10.

Ille leui inuectus nebula trepidantia Nili
Proruet imperia , & fœdabit Osiridis aras.
Ille Patrum desideriis , iuxtaque nepotum
Poscitur: heu ! mundo tandem illum ostende labanti ;
Fulciet , aut solus mundi feret ille ruinas.

Dixerat ; irato iam dudum Numine sentes
Prodigiale rubent , & flamma minaciū ardet
Irasci testata Deum. Quonam usque morantur
Effugia hæc miserantis opem ? aut quisnam ille po-
tentis

22
Aarons
facundia
promitti-
tur.

Eloquij , quis lingue opifex ? quis perforat aurem ?
Quis solerte animat vestros indagine sensus ?
His negat ; hos largo sermonum flumine inundat ?
Et dubitas , quin ista mea sint omnia dextra

B 3 Munera,

22 MOYES VIATOR.

Munera, seu mutos fingam seu lumine cassos,
Loripedum, celerumque opifex? Ego diuite vena,
Atque opibus fandi largis Arona beani:
Interpres tibi frater erit; tua sensa profatu
Expediet, rasosque catus producet in orbes,
Suspendetque auidas Satraparum, & Principis aures.
Occurret mox ille tibi: tu tollere virgam,
Et parere meis iussis, mora nulla, memento.
Tecum ibo, & tecum pariter vestigia figam.

23
*Paret Mo-
ses.* Dixit, & auersum radiis afflauit anhelis,
Quo vigor afflatu insinuat, stimuli que medullis
Incussi, curis animos ingentibus vrunt.

Vadit magna, Dei Vates cum corde volutans
Ostenta, & secum tacitus mysteria tractat
Scrutatus, quorsum illa rubi mulcantis hiulca
Asperitas flammis potius radiata refusit
Sidereis, quam vel conos procera cupressus,
Vel latæ platani, vel odoriferæ terebinthi,
Vel carie cedri immunes, opulentâve palma,
Totque aliae pomis curuantes brachia sylua?
Qui feriens geminos sensus aurémque, oculumque
Lumine vocali splendor? nulla ora loquentis,
Nec species, tamen indubium sine imagine Numen,
Et manifesta fides signis, & clara potestas.

Multa mouens animi excessu trans ultima scandit
Sæcula, nec curis obstant penetrantibus anni.
Carpit iter, fruiturque Deo, neque lumina flebit
Retro usquam, nec lenta usquam vestigia ponit.

Gen. 19.
26. Obuersatur enim salis insistentis imago,
Qua mulier mutata fugam non sponte capessens,
Imperiumque Dei: balantum pone sequuntur
Sponte greges, quos fida canum custodia cogit
In stabula, & notas prono iam Sole carinas.

Iamque

Iamque propinquabat puto, quo suetus aquatum
 Cogere ones, cum bina ferens iam pignora coniux
 Occurrit festina viro, dulcésque parenti
 Exili⁹ fructus attollit ad oscula natos:
 Ardet enim fax prima thori, thalamoque recenti
 Insopitus adhuc tepidis amor ossibus haret.
 Infelix Sephora, & votis inopina repulsis!
 Blanditas teneris frustra dictabat alumnis
 Conspectu gauisa viri: nihil ille mouetur
 Coniugis occursu; teneris nec suauia libat
 Arridens de more pater, gremiove receptat
 Iactantes blandos frustrata ad colla lacertos:
 Longe illi thalami curæ, blasique susurri
 Infantum, & casta studia obsequiosa marita;
 Vrget enim Deus imperiis, & pectus obarmat
 Fortior in patriam pietas. Ergo ille seueris
 Compositus vultum rugis sic ora resoluti.

24.
 Sephora
 Mosi oc-
 currunt.

Chara soror, quid enim à thalamis nos nomina
 deinceps
 Ulla iuuent? ô chara soror, desiste morari
 Festinantem alia, & maiora ad munia fratrem.
 Delicias sepone: haud hac echeneide nostrum
 Tempus eget; quos in medios rapit horrida fluctus
 Tempestas, sequimur ventos, undasque tumentes,
 Quo nos cunque ferunt; nec enim fas tendere contrâ
 Imperia, auspiciūmque Dei, qui feruida nutu
 Attollit maria, & nutu tumida æquora sternit:
 Ille viam fluctus inter, rerumque procellas
 Tutam aperit, portisque iubet sperare quietos,
 Per mare naufragiis, constrataque littora præda:
 Forsan & olim illuc fratrem germana sequeris,
 Lataque fraternalum consors spectabis honorem.
 Sic fatur, properatque, nihil responsa moratus,

Moses va.
 ledicit
 vxori.

24 MOYES VIATOR.

Nec lacrymas, quibus illa sinus perculsa micantes
Implerat: tremefacta repens calor ossa reliquit,
Et gremio natos prope matrem oblita remisit
Excusso trepidante manu; quas deinde querelas
Inchoet? aut quanto casu sit saucia querit
Attonita? & veris maiora pericula fingens,
Præcipitat, sequiturque virum, & iam passibus anteit.

25

Domus
Iethro-
nis, & stu-
dia.

Ille petit celso positos in colle penates
Sacrato circum luco, & nemoralibus umbris
Horrentes, ubi iura sacer Rex atque Sacerdos
Dat Madianeæ genti: iamque altus Olympa
Vesper, & extructis dapibus processerat hora
Frangendis prope sera toris. Sex ordine natæ
Interea exercent fuso glomerante Mineruam;
Hæc illis operum requies, ubi Sole diurno
Perfundet & teneras egere ad ouilia fætas.
Dividit attentis senio, viträque verendus
Vinendi præcepta pater; singitque pudicis
Moribus, & casus fortuna informat ad omnes.
Septima connubio, natu quæ maxima, Moysi
Cesserat, hanc pretium fidei, & virtutis habebat.
Illa pudicitia dotali insignis, & alto
Sanguine, pastorem non auersata maritum
Fecerat ex voto gemina iam prole parentem;
Isacias inter memorabilis Heroinas
Æthiopissa nurus, cum te Iordanide lympha
Lauerit, & ninea donarit cyclade Christus,
Vinifica Moses alter tibi sponsus ab unda:
Nunc fragilis fortuna viri, spesque inde caduca,
Atque ingens exierret amor. vix limen anhela
Contigerat, trepidas inter collapsa sorores
Consternat pallore domum: muta ora, genæq;
Liuentes, tristique means in pectore pulsu

Spiritus:

Sephora
mæror de
viri dis-
cessu.

*Spiritus : accurrit genitor , famulásque fatigat
Festinent gelidos latices ; vultum ipse rigentis
Spargit aquâ , & vitam fugientem aspergine sistit.
Causa latet , nec dum verbis vulgare dolorem
Certum audet , quærítque suos ignara timores.
Hæc super ingressus Moses , placido ore timorem
Eripit , ad sacerum Raguelem his vocibus usus :*

*Hic nimius tantum errat amor ; secludite curas :
Si qua mea est , præstabo , sacer , te indice , culpam :
Nam mihi nota satis pietas tua , nostra viciissim .
Explorata fides tibi tot labentibus annis
Securum facit , & veniam hoc in criminè spendet.*

Cōmeatū
petit à
socero
Moses.

*Si crimen vocat ista Deo parere iubenti
Perspicuè , & coram manifesta in luce loquenti.
Scis , pater , ut profugus desertis Taneos aruis
Quæsierim huc sedes , inopem me , & longa trahentem
Rupibus exilia , atque inter loca sola vagantem .
Degere more feræ tricesima viderat æstas ,
Quando tibi primùm ex undis putealibus hospes
Cognitus , arcebam vestris illata puellis
Iurgia pastorum , tu me iam tempore ab illo
Urbe , domo , sacris socias , Sephoræq; hymeneis :
Iamq; meæ fidei binos tibi pignora natos
In genibus connixa tuis deuinxit abundè
Et patrem , & totam seriem , spes si qua nepotum .
An mihi post dulces vrnas , charásque meorum
Reliquias quicquam esse queat , vel sanctius usquam ,
Vel melius , quam tot meritis , nexuque coemptum
Stare domo saceri , & cineres miscere sepulcro ?
Nec verò indignum vestra me stirpe probauit
Officiis , ut spero equidem : sint cætera soli
Nota Deo , qui me hoc fortuna exercebat in actu .
At nunc ille Pharum , & miseros conuise fratres ,*

Exod. 2.
20.
Mosis vi-
ta in exi-
lio.

B 5 Captiuásque

26 MOYES VIATOR.

Captiuásque Tribus iubet omni ambage remota,
An superent? an adhuc cœlo vescantur, & aura?
Cætera deinde sui ducet moderamine nutus.
Siue erimus, seu nos in idem velut ante remittet,
Siue locis, totoque auulos distrahet orbe;
Sed iunget, spero, potius; parere necesse est,
Atque alacres summi mandata capessere Regis.
Si te hoc sacra, pater, capit is docet insula cani,
Si populos hoc ipse doces; haec causa doloris:
Excusa Sephoræ lacrymas; generoque petenti
Da veniam: tibi magna domi à me pignora restant
Et sacer, & coniux, & bini nostra nepotes
Viscera, spes nota quondam super æthera gentis.

His dictis sedati animi; lacrymæq; silentes
Omnibus ubertim pudefacta per ora volutæ.
Urit enim pulchra specimen virtutis, honestis
Incoctas studiis mentes, ac sensibus imis
Alligat, & blandè rapit ad pia vota volentes.

Heliotropium.
Ut Clytem agnato dicit Sol aureus axe,
Et florum arcanis describit amoribus horas.

Acus nauticæ pyxidæ.
Ut viuiscit iners ferrum magnetide gemma,
Ponderis oblitum vacuo vel in aëre pendet;
Aut Helicæ affixo tremulum vibratur amore,
Quo regit audaces insana per æquora puppes:
Haud aliter magna splendor virtutis amicat
Ingenuas animas, & sancta in fœdera mittit.
Quanquam animum magno Raguel labefactus amore,
Desertaq; timens natæ, placidissimus infit.

Iethro dat veniam.
Chare gener, columenque meæ, spesq; una senectæ,
Dura equidem, sed iusta rogas, nec publica tendam
Cedere priuatis, iussa aut cœlestia certem
Affectu patrio, & cœcis auertere votis.
Nec me tam stolidum cana huc perduxerit ætas,

Aut

Aut adeò immemorem videat domus inclita regno,
 Et natæ adstant testes, cùmque ignibus are.
 Vincat amor patriæ, & Superum intemerata voluntas
 Coniugis abstergat lacrymas, sacerisque dolorem;
 I, felix, quo cunque aperit tibi fata Deum Rex:
 I, fratres conuisse tuos, & Numine dextro
 Sic tibi sit fas esse pio, ut maria inuia, & ignes
 Collectos gremio Isacidas, sanctaq; ferenti
 Naufraga membra domus, iras tibi sub pede sternant,
 Decedantque vadis exhausto gurgite fluctus.
 O mihi postrema superet pars optima vita,
 Et seniæ ærumnas vincam, & mea saecula superstes:
 Spero equidem; Pelusiacis dum te ocyus oris
 Gratatus magna aspiciam mercede reuersum.
 Hoc mihi præagis spöndent sacra omnia signis,
 Et sperare iubet tua dudum cognita virtus.
 Interea dulces gremio cum coniuge natos
 Et paruam seruabo domum. Sic fatus amœnat
 Igne larem, & manibus lymphas lato omne poscit.
 Lætitiamque epulis vultu imperat ipse sereno,
 Instauratque pio mensas de more precatu.
 Expediunt famuli cererem, lanceisque reponunt.

At Sephoræ nondum curarum, in pectore fluctus
 Considunt; geminos agitant noua prælia sensus:
 Hinc patris, inde viri scindunt pia nomina mentem,
 Nec pietas in utrumque potest propensa tueri,
 Quod cupid officium: tali Spartana pependit
 Penelope in fluctu pulchro distracta pudore
 Spartam inter, scopulosque Ithacæ; longæuis habebat
 Icarus Sparten: Ithacam monstrabat Vlysses:
 Hic vir, at ille pater: geminos confessus amores
 Flammeolo litem tacito pudor ore diremit,
 Præposuitque patri pistas comitata maritum.

26
Sephora
anceps
amor.

Agnouit

28 MOYES VIATOR.

*Agnouit genitor teneras sub pectore pugnas ,
Dat veniam thalamis , & casto ignoscit amori.*

27
Mosis re-
ditus in
Ægyptū.

*Ergo ubi puniceo primū Tithonia limbo
Marginis Eoi albentem prætexuit arcum ,
Et Sephoram & natos costis imponit aselli ,
Inuaditque viam Moses : procul ambitus omnis ,
Et famulæ cessere manus , vix una sequuta est
Cum pueris dominam vernis ancilla duobus .*

*Tota cohors ducis illa fuit , quem Taneos arces ,
Et septem gemini expauerunt ostia Nili .
Humanis adeò in rebus diuina potestas*

1. Corint.
1. 27.

Ludere amat ; tot vertere opes tantilla per arma !

*Iam Madianeis decrescunt oppida campis ,
Descendunt patriæ turres post terga relictæ ,
Iam scopulos Sole exustos , ferrataque tollit
Saxa Pharan contrà propior : squalentia latè
Calcantur sola , quæ breuius compendia ducunt ,
Cinæoque graues equiti luctantur arenæ .*

*Solatur vario interea sermone laborem ,
Accidensque viam Vates denarrat auorum .*

Patrum &
Abrahæ
peregrinatio.

*Exilia , & quæ sit profugos fortuna sequuta .
Ut patria procul insignes , & rebus in artis
Floruerint , mactique opibus , tum stirpe beati
Egregia : nanque omne solum fit patria forti ;
Et facilis , quacunque seras , inolescere virtus .
Ut translata nitent melius plantaria cultu ,
Mansuescuntque procul natali Persica cœlo :
Sic præstantem animum peregrini latius auger
Gleba soli , tenuisque acuens penuria sensus .*

Gen. 11.
31. & cap.
12. 1. &
cap. 17. &

*Narrat , uti quondam senior cum coniuge Sara
Infesta exierit patriis incendia charris ,
Fixerit arboreis vagus ut tentoria scenis ,
Incertumque larem Scythici velut accola Ponti ,*

Et

L I B E R I . 29

Et circum leuibus tulerit magalia plaustris.

Forte illi hospitium Mambrea umbracula quercus

Glandiferis dederant ramis , ipsi hospita cælo :

Huc sèpè aethereos iussit descendere ciues ,

Quin ipse Altitonans tribus assimulatus Ephebis

Hospitis accessit mensas , & ab hospite tanto

Isacus effæto , & sterili data xenia matri.

Hic etiam sexus melior , sobolesque virilis

Tota salutiferi signata est stigmate pacti.

Exemplò ipse sua senior pepigit cute fædus ,

Sanguineque aspersit ferrum ; tum protinus omnes ,

Agaridem , & vernas ritu lustrauit eodem.

Circunci-
fionis fæ-
dus. Gen.
17.23.

Ipsa etiam Iisaaci roseo respersa cruore

Sara parens , cultri sensit per viscera morsum ,

Et lacrymis sauum lauit pia vulneris unguem ;

Hinc sperata SALVS , Magnum aetheris Incrementum ,

Ingemuit Sephora exemplo ; nam territa crudi

More ministerij , legémque exosa seueram ,

Distulerat nimium indulgens sacra lustrica proli.

Coniugis imperio , precibüsque hand cesserat ullis ,

Quannis multa monens contrà pertenderet Heros ,

Mandatūmque Dei , & ritus memoraret autos ,

Et sublime minax violato in fædere saxum ;

Quæ tristī excipiens vultu indulgentia matris ,

Isaaci cir-
cuncisio.
Gen. 21.4

28

Sephora
vitiosa in-
dulgentia.

Crudeles , inquit , ritus , crudelia sacra ,

Crudelisque parens , quos hac laniena cruentat

Lactentum strage , & perfundit sanguine cunas !

Antè meos tigres carpant immaniter artus ,

Ex fugāntque animam hanc venis , quam talia vobis

Officia impendam , sanguis meus ; aut ego rursum

Istius corio sauos illudere cultros

Sustineam : quisquis te ausus contingere ferro ,

Nate , tibi materna dabit per viscera vulnus.

Cresce,

30 MOYES VIATOR.

Cresce, puer, veniarque annis robustior atas,
Imbuet immites tunc hospia grandior aras.
Parcite adhuc teneris donec lactescit in annis,
Impusat ut primum misera genitricis amorem.
Sic ait, & puerum tunicis in pectore condens
Aspergit lacrymis, atque oscula mollia miscet.
Heu fallax amor! & pietas incauta parentum!
Sardoas quam sapè linit pro melle cicutas!
Haud alio affectu insidias intendere cunis
Nocturnas fert fama striges: non rostra, nec ungues
I teneros mergunt foetus, aut viscera mandunt
Infantum; at falsa pietatis imagine peccant;
Nutricésque imitata operas, lacte tibus ultrò
Virosam illuuiem immulgent, velut ubera labris,
Vnde illis cæcæ in cunis sine vulnere mortes;
Et quales intrita ferunt aconita nouercis.

29
Mosi ira-
tus Deus.

Stellantes nox interea latè explicat alas,
Instaurans fessum tenebris humentibus orbem.
Rupe caua spelunca fuit, quo sapè viator
Lampade Phœbea exclusus diuertere sueuit,
Et somnos captare breues; saxa hospita Moses
Occupat, exiguamque domum sub scrupula cogit
Tecta timens; granis urget adhuc nam sarcina coniux
Sollicitum, & nati dulces, comitésque ministri.
Frugales ibi post epulas, ut corpora somno
Procurata leui, primo soluebat Eoo
Uota Deo Vates, natis dabat ubera mater.
Occurrit Deus oranti; simul aspera frangens
Verba minis, ingulum inuadit faucesque precantis.
Quas mihi tu tam lente preces? ubi iussa, fidésque,
Solemnésque mei ritus? & pignus auiti
Fæderis, & pueri signata in pelle cicatrix,
Octauisque dies? quid adhuc opprobria durant

Impia

Striges
viro & no-
turnæ
volucres.

*Impia stirpe tua? spreta sic lege, querelas
Coniugis, argutásque preces uxorius andis?
Sic puras mihi deinde manus ad sydera tollis?
Quin morere, ut meritus, pollutaque pacta piato.*

*Dixit, & oblictans instat, contráque parantem.
Excusare premit, validisque assultibus urget.
Horruit auditu coniux; nam verba pedumque,
Luctantumque audit strepitus, alteque gementum.
Exsertos ut nuda sinus, passimq[ue] capillis,
Pallidiorque nouis ceris, festina cucurrit
Ad silices: hos prima dedit sors obvia cultros:
Armat acuta silex dextram; gemino ungue sinistra
In cute sortitur plagam; dat dextera vulnus,
Ancisamque acies auellit petrina pellem.*

*Iamque Eliezer habet verum cum sanguine nomen,
Auxiliumque Dei præsens: nam sospite patre,
Importunus abit tenues luctator in auras.*

*At lacrymas miseranda parens cum sanguine nati
Confundens, orat veniam ad genua ægra mariti
Prona solo, manib[us]que pedes complexa cruentis,
I, sequere, ô coniux, Superos, cœli alta voluntas,
Quo te cunque rapit; meus es; te HOC SANGVINE*

R V R S V S

*S P O N S V M E M I : deserta licet, tua dicar, oportet,
Inscribárque uni tumulo: nec saua resoluet
Amplexus Parca villa meos: at tu quoque manes
Deuenerare meos: si mutet ianua lectum,
Succedetque meis, vt fit, nurus altera tædis;
Sis felix, sed viue memor thalamique prioris,
Fortunæq[ue] tuae, cum per deserta vagantem
Inuenit Sephora, & tæda est dignata ingali.
Utraque fortuna ferat unum pagina nomen;
Concordesque vehat ratis una ad funus amores.*

Sephora
circunci-
dit Elie-
zerem.

Eliezer
Deus ad-
iutor.
Exod. 2.

22.

Moses
sponsus
sanguinū
Sephora.

Nunc

32 MOYES VIATOR.

Nunc quando comitem Ægypti me finibus arcent
Numina magna Deum, patremque reuisere cogunt,
In patriis ego te thalamis viduata manebo,
Turtur uti arenti luget mæstissima in ulmo.

Sic effata, viri attactis tulit oscula plantis,
Signauitque pedes dextras imbuta cruento.

Qui pauitans, & adhuc artus vibrante periculo,
Arrectisque horrore comis, sic pallidus infit.

30

Sephora ad patrem remissa. Exod. 4. 26.

Disce, soror, sed disce meis iam credula poenis
Iustitiam, & sanctos contrà committere ritus.
Cur deinceps suspectus amor, vel nostra fides est?
Ipsa vides, quæ me ad lethi discrimina traxit,
Quamque tui pretiosus amor, quem morte paciscor?
Nec dubita regredi ad patrios secura penates,
Et castam seruare domum, dum solus iniquos
Experior casus, & prima pericula tento.
Nam me nulla adeò faciet fortuna superbum,
Immemor ulla tui nobis ut defluat hora,
Deuotumve tibi ladam periurus honorem.
Nec me adeò ingratum tulerit iustissima tellus.
Nunc aquum est te isto subductam turbine rerum,
Quæ spero redditura, meis seruare serenis.

Moses filius festinat in Ægyptum.

Dixit, & ad sacerum prolem cum matre remisit.
Tum verò immani primum ceu fasce leuatus,
Excussove ingo, aut seruili compede liber,
Iam nullo stipante latus, pede prouocat Euros,
Anteuolans capreasque agiles, lyncasque sequentes:
Fosfor uti, elapsusve cauis è montibus Astur,
Dalmatave, aut ruptis ad longa sedilia vinclis,
Arcana domito lima inter transtra metallo
Cum fugit eratas socio cum remige puppes,
Cui vacuum toto cessit cum carcere torquem
Et manicas; loca plana pari, loca confraga cursu
Transuolat

Transuolat: addit enim celeres timor anxius alas,
 Et non speratis urget victoria pennis.
 Haud aliter secat abruptum iam coniuge Vates
 Incomitatus iter, notisque refertur arenis.
 Iam superatur Alus, positis nondum agnita castris:
 Transferat Daphcas, & adhuc sine nomine rupes,
 Transferat Thorios Erythræo in littore portus,
 Mutat odoratas ubi discolor India merces
 Mercibus Hesperiis, ferrum metuente carina,
 Ne rapiant saxa in medio magnetica cursu.
 Hinc nemora illa vocant Elimeis inclyta palmis,
 Et vitreo inuitant bis seni gurgite fontes:
 Sed neque somniferâ Dryades remorantur in umbrâ,
 Nec vitrea illimi properantem Naiades undâ:
 Vixq; genu impresso leuiter de margine spargens
 Sicca manu lauit ora cauâ properanter, ut atram
 Lambit aquam festina canis de flumine Nilo,
 Flumineos ubi ripa fouet latebrofa lacertos.
 Inde petit fontes & amara stagna paludis,
 Nescia adhuc medici tactu dulcescere ligni.
 Hic Aron ductante Deo se se obuius offert,
 Amplexusque petens prior inter mutua fatur
 Oscula. Queis ego te, ô quantis germane periclis
 Factatum tandem accipio? Viuisne? nec umbras
 Amplexor? neque me vano simulamine Morpheus
 Pascit adhuc, qui sydereo mihi nuper ab axe-
 Adstitit in somnis, reducique occurrere iussit
 Montis Horebei longè latera ardua versus?
 Et vigilo, & viuis, volucrem neque stringimus
 umbram,
 Nec me vana tuos in vultus somnia ludunt.
 O lux Isaciæ, spes ô certissima gentis!
 Ad te inopes tendunt dextras, sortesque suas nunc

31
Aron oc-
currit
Mosi.
Exod. 4.
27.

34 MOYSES VIATOR.

In manibus posuere tuis : huc Numine dextro,
Huc ades, optatam misericordia salutem,
Et forti pertexe manu: tibi maximus aether
Me comitem dedit, & casus coniunxit in oinnes.
Ibo, ibo, nec degenerem, germane, probabis;
Quae me cunque Dei mandes exponere iussa.

Euentu tanto latus, rerumque tenorem
Admirans Moses, Aroni talia reddit.

Vt diuina quadrent certis oracula signis
Omnia iam, germane, vides: qui me igne vocatum
E medio, Aegypti laxare ergastula mittit,
Ille ubi manifesta aurem per somnia vellit,
Et mecum eximio clarandum adsciscit honore,
Indignosque domo, & meritis postrema tenentes
Segregat, eximiosque opera ad tam grandia tollit.
Quas igitur vel habere animis, vel reddere grates
Fas fuerit? quibus obsequiis impendere vitas
Sic merito? Duc me intrepidus per funera, frater,
Aut sequere. Ibo & Regem, mortemque lacebam.
Tolle moras, humilemque metum, mandara Tyranno
Hand placitura fero: sed amor nos publicus urget.

Sic ait, amplexuque arctans rapit Entheus alte
Sublimem, flatisque sacros inspirat anhelo
Pectore, & Aegyptum contra rapido agmine vertit.
Qua pelagi sinus extrema Casotide fluctus
Frangit, Ethamiosque rubro ferit aquore montes:
Hac via Ramesem breuior, Phitonaque monstrat,
Hebraeos ubi sauities immanior vrit,
Et magis infestus Pharao ceruicibus instat.

32 Huc properant teuti nebula rorantis amictu,
Spes coe- Quam Spes alma super passis suspenderat alis
lo aliapla Florentes effusa sinus; quos late smaragdis
 Ad latera, & manicas dupli ordine fibula necit

In

*In loricam adamas ; sapphiro cassida fulget ;
Cuius paciferam cristi curuantur in Irim.*

Comites,
fiducia,
oratio,
vota, Li-
tæ, mira-
cula.

*Affectata Deam erecto Fidentia vultu
Explicat ex humeris opus admirabile pepli ,
Et pietas Zephyris donat crispare figuræ :
Terrificæ ad limbum facies , & quidquid ab Orco
Horrendum Furiæ educunt ; & Alastores, Ataq;
Anguicomæg; canes, cæcique insania belli :
Omnia, quaæ iniectis supplex Oratio vinclis
Et Pietas albata domant : tum lata supernè
Vota volant , & plena manus Miracula gemmis ,
Aurifluique imbræ , & ab imbribus aurea messis ,
Quæ tristes solata hiemes , segetumque laborem ,
Agricolas plenis securos pascit acernis ..
Tali Diuam habitu castè sancta ætheris alti
Atria seruantem , & miserorum vota ferentem
Fre iubet sociam Omnipotens : lapsa illa per auras
Coccineum euoluit funem , quo sacra tenetur
Ad Triados solium , morsuque immobilis hæret
Anchora , nec metuens ventis retinacula rumpi .
Hinc quoties Virgo miseros conuisere iussa ,
Funem illum complexa manu delabitur æthra
Lurida in antra situ , & squalentes carceris umbras ,
Depositæ quacunque vocent in clade iacentes ;
Mox ubi odoratum patera gemmante liquorem ,
Nepenthésque animis blandè porrexit amaris ,
Tum gremio complexa preces , & clauda Litarum
Agmina , complofis reuolat super æthera pennis
Purpureum relegens funem ; genibüsque Tonantis
Flita ceratis committit vota tabellis .
Multi illam circum venti per inane volantem ,
Progressamque solo , multæ adsiluere procellæ ,
Et metus , & tristes angusto pectore curæ ,*

Inimica
spei mó-
stra.

Spei sacra
anchoræ.

36 MOYES VIATOR.

Obqz graues diffisa Deo mens conscientia noxas
 Perseuerantia.
 Exagitant: volat illa tamen, librataque certo
 Remigio alarum molitur in aere funem,
 Retrahiturque polo, Diuumque se in atria condit,
 Vnde coronatis Thaumantida pingit in astris:
 Fortis Olympiacas legit hinc victoria palmas,
 Quasque suo nectat capiti Patientia frondes,
 Ambrosium quoties sentit cœlo ossibus imbre
 Impluere, & vegetis animum iuuenescere nervis,
 Fnqz sepulta malis, tamen æthera pectore transit.
 Spes adeò liquidos mouet in solatia sensus,
 Fnqz sinu tacito lenit dulcedine mentes.
 Hoc se Virgo ferens habitu comitatur eentes
 Nube caua Amriadas geminos, & nectarare mulcet,
 Quasque super terras Zephyris, & vere tumentem
 Pronexit nebulam, rident picta omnia sparsis
 Floribus, & placidi adspirat clementia cœli.

33
 Seruitus
 miserada
 Israëlitarum.
 Ventum erat Aegypti ad fines, unde omnis ab alto
 Prospectu latè tellus circumflua Nilo,
 Extant esque suis apparent molibus urbes,
 Effosique lacus, stagnisque innantia rura,
 Et iussi Euripis Meandro inserpere fluctus.
 Protinus audiri gemitus, clamorque laborem
 Hortantum, & saua miseros sub mole prementum.
 Tum facies animum Herois miseranda lacefit,
 Namque infanda oculos proprius spectacula pulsant.
 Plagarum ut crepitus hausit, tractasque catenas,
 Absorbet mœror lacrymas, riget aridus ægro
 Corde dolor, concussa fremunt præcordia fibris.
 Ingenuas heu! passim animas, noxaque carentes
 Vnius exerceri odio, & vix sotibus apta
 Mancipiis versare opera, atque in stipite scindi
 Pendentes, probrofa omnes & veste notari!

Hi

*Hi veteres fluuij fossas longo agmine tergent,
In limo harentes, altaque voragine mersi.*

34
Opera
varia.

*Hic alijs campum scindunt, & cespite vino
Attollunt humiles ripas, valloque coronant,
Ne ruat in cultos amnis violentior agros.*

*Effodiunt alijs ductus, certaque fluentes
Lege in agros cogunt noua per diuertia lymphas:
Aut dominos pictis vectant per rura phaselis.*

*Oblimare lacus putres pars plurima iussi,
Et sulcis renouare solum: pars pigra paludum.
Spiramenta mouent: teturum Camarina vaporem.
Exhalat; potant opera prono ore Mephitim.*

*Millia pyramidas circum densissima sudant,
Conuenientque humeris immania pegnate saxa,
Regia seu frugum, cum largior exiit amnis,
Horrea, seu Regum insanissima Mansolea.
Tot sudata hominum manibus, substructaque tantis
Funeribus populorum, ultorique edita cælo.*

*Deuictas multi à Meroë prono amne columnas
Connixi educunt ratibus; Circoque laborant
Ausonio ignari, scopulosque in littore sistunt,
Solares obelos, fracta aut fornace reuellunt.*

Obeliscus
in Circu
Romano.

*Hi stipant, solidantque vias, plexuque virenti
Vimineo intortos praetendunt margine iuncos,
Et fluvio opponunt moles, ut plenior vrna
Cum præagum hausit cubitum, stagnantiaq; altè
Arua natant, sparsaq; urbes ceu Cyclades undis,
Puluerulenta inter mersos gemat orbita campos,
Perq; undas impunè volent rapida esseda bigis
Aggeribus tuta, extructaque crepidine dorsi.*

*In laterem sed præcipue labor improbus instat,
Rameissisque urgent tollenda ad sydera turres,
Phitonisque arces, Pharaonum & pensile frigus,*

35
Fornacū
labor.
Exod. I.
II.

38 MOYES VIATOR.

Et nemora ingestis tecto nutantia syluis.

Innumeræ huc coiēre manus : discrimine nullo

Continuant luci tenebras ; id agente Tyranno

Ne requies sinat exosam sobolescere gentem :

Sed labor exhaustas rapiat cum sanguine vires ,

Aut sicca arescant matrum super ubera fætus.

Omnibus in tergo cophini ; miserabile visu !

Bibliacæq; hærent corbes , vel iniqua ligonum

Pondera , vel manibus vellenda ad gramina marræ.

Vestibus illuuiis, & toto corpore pædor:

Omnibus exsucco vaga desperatio vultu.

Non sexus, non ulla atas in munia cessant.,

Urgentur, iuuenumque greges , effœtaque turba ,

Impubésque manus , & onusta prole parentes ,

Auulsaq; nurus thalamis , teneraq; puellæ ,

Pro calathis crates tractant, pro pectine rastros ;

Alliisque , & tristes rodunt in pabula cepas.

Barbarus hæc inter furiato corde Satelles

Cursat , & intorto sauit sine more flagello ;

Instigatque operam , & pœnas sine criminè acerbat.

Calcibus hos , illos infami verbere pulsat.

Haud secus ac cum belligeras Regum ira triremes

Commisit pelago duri in certamina Martis ,

Horrida iamque animos , iam poscunt classica vires ,

Damnati ad remum longo stant agmine fontes

Nudati , intentique omnes ad sibila nota

Imperiis ; manat valido molimine sudor :

Compositò tollunt luctantes aquore remos

In numerum, mergunt simul , & vada cœrula vertunt.

Sænus at Exactor medio se limite vertens ,

Percursansque foros , & longæ terga carinæ ,

Nec numerum plagis , numerum nec verbere seruat.

Responsare vetat miseros armata libido.

Heu !

36

Sæuitia
Exactorū.



Heu ! flos ille Patrum ; delecta heu germina stirpis !
 Huc collapsus honos Sanctorum ? & gloria regni ?
 Exclamat Moses : satis, ô Sator optime gentis,
 Sit satis ! aut hac in me unum, precor, omnia verte
 Dede cora ; aut implebo operas ; solusque labori
 Sufficiam ; aut tristes solus sacra victima diras
 A uertam populo : nihil hi meruere , nec ausi.
 Ille ego sum reus, ô Phary , quem queritis , ecce
 Prendite me , & meritas in me transferie catenar .
 Regia me poscunt odia, illususque Chenephres ,
 Et calcata solo Cidaris , patrataque dextrâ
 Hac cedes , infida mihi quam vulgat arena ;
 Confessumque fuga facinus : quassisse latebras
 Pœnitet heu ! nunc palmam audax pro crimine posco .

37
Mosis co-
miserat-
tio.

Exod. 2.
12.

Hac aut, & mediis ardens se millibus infert ,
 Vixque animos domat ingentes , quin vindice præcepit
 Fra ausit Pharios rursus fœdere ministros ,
 Captiuasque armare Tribus , & vertere bello
 Memphis; manifesta adeò iam Principis instant
 Auspicia , & iustum accedit vindicta dolorem .
 At Spes nube caua tumidas erumpere voces
 Non sinit, & roseo flabro demitigat æstum .
 Pectoris : ille Deæ instinctu solamina spargit
 Per populum , magnisque animos hortatibus implet .

38
Zelū Mo-
sis spes
modera-
tur.

O domus Abrāmi , ô sancto sata sanguine proles
 Ifacidae, duris genus insuperabile facis ,
 O meriti meliora ! oculis Deus hac quoque iustis
 Aspicit, & spinas inter , tribulosque laborum
 Digerit aeternæ textum immortale coronæ ,
 Et purum à flamma gemmis illuminat aurum .
 Sidereis ; durate, viri , fortémque ferendo
 Auxilio sperate alacres ex aethere dextram ,
 Vertet in autores iam nunc cum crimine pœna .

39
Moses so-
la ut po-
pulum.

C Quæ

40 MOYES VIATOR.

*Quæ vobis vepreta rosas , eadem hostibus ignem,
Parturiunt,flammamque malis minitantur, & uncos :
At vos lata vocant exutis otia vinclis ,
Et promissa atanis undantia nectare culta.*

40
Moses se-
cretò
Principes
populi
docet Dei
confilia.
Talia vociferans iterat. Simul æthere pendens
Spes croceos spargit nebula de diuite nimbos ,
Perfusasque sacro renocat ceromate mentes.
Mox animis cessit squalor ; sparsaque per ora
Lætitiae , diòque oculis ridente sereno ,
Cùm Dea complosis cælo se redderet alis
Aurea Libertas , radiata in nube refulxit .
Isacida lèto augurium clamore salutant.
Junguntur Mosi Proceres , ultróque sequuntur ,
Scire audi , quæ iussa ferat , quóve omne firmet .
Illa in secessu nemorum , lucoque reducto ,
Confertis ubi tuta silent mysteria siluis ,
Exponit noménque Dei , mandataque promit ,
Pollentemque manu quatit ad miracula Virgam .

LIBRI